VETUS TESTAMENTUM

Entstehungsort unbestimmt, 2. Hälfte 15. Jh. Seite 138r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35461
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

omnis civitas / Et audivit
heli sonitum clamoris dixitque
Quis est hic sonitus tumultus
huius / At ille festinavit et
venit / et nunciavit heli /
Heli autem erat nonaginta
et viii annorum / et oculi eius
caligaverant et videre non po-
terat / Et dixit ad heli / Ego
sum qui veni de prelio / et ego
qui de acie fugi hodie / Cui
ille ait / Quid actum est fili
mi / Respondens autem ille qui
nunciavit / Fugit inquid israel
coram philistiim / et ruina est
facta magna in populo / Insuper
et duo filii tui mortui sunt
ofni et finees / et archa dei
capta est / Cumque ille nominasset
archam dei / cecidit heli de
sella retrorsum iuxta ostium
et fractis cervicibus mortuus
est / Senex enim erat vir et
grandevus / et ipse iudicavit
israel xl annis / Nurus autem
eius uxor finees pregnans
erat / vicinaque partui / Et au-
dito nuncio quod capta esset
archa dei / et mortuus est
socer suus et vir suus / in-
curvavit se et peperit / Irruerant
enim in eam dolores subiti /
In ipso enim momento mortis
eius / dixerunt ei / que stabant
circa eam / Ne timeas / quia pe-
peristi filium / Que non respondit
eis neque animadvertit / et
vocavit puerum hichaboth di-
cens / Translata est gloria
dei de israel / quia capta est ar-
cha dei / Et pro socero suo et
pro viro suo ait / Translata est
gloria dei de israel / eo quod
capta esset archa dei

Quintum capitulum

Philistiim autem tulerunt
archam dei et asport-
taverunt eam a lapide adiuto-
rii in azotum / Tulerunt phi-
listiim archam dei / et intule-
runt eam in templum dagon et
statuerunt eam iuxta dagon /
Cumque surrexissent diluculo
azotii altera die / ecce dagon
iacebat pronus in terra ante ar-
cham domini / Et tulerunt dagon
et restituerunt eum in loco suo /
Rursumque die altera mane con-
surgentes invenerunt dagon
iacentem super faciem suam in
terra / ante archam domini / Caput
autem dagon / et due palme
manuum eius abscise erant
super limen eius / Porro da-
gon truncus solus remanse-
rat in loco suo / Propter hanc
causam non calcant sacerdotes
dagon / et omnes principes qui
ingrediuntur templum eius super
limen dagon in azoto usque
in hodiernum diem / Percussit
eos dominus passione quam greci si-
rinimu vocant / Aggravata
est autem manus domini super aza-
tos / et demolitus est eos /
et ebullierunt ville et agri
in medio regionis illius / et
nati sunt mures / et facta
est confusio mortis magna
in civitate / Et percussit misere
creatori parte natum azotum
et fines eius / Videntes autem
viri azotii huiuscemodi pla-
gam dixerunt / Non maneat
archa dei apud nos / quoniam
dura est manus eius super
nos et super dagon deum nostrum
Et mittentes congregaverunt